Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



me. Enutriui inquam filios in abraham. ysaac. et iacob. benedicendo et multiplicando eos. eraltaui in moyse. in iosue. et in dd. educendo illos miraburtur de terra egypti. diuidendo illis terram in funiculo distributionis decorando illos regalibus uictoriis. regia quoque ciuitate dauid. et unico templo nominis mei. ipsi autem spuerunt me. eum preconiis prophetarum uenientem adse. Parum est quod spuerunt me. parum est quod pelecto cesare pter eum duxerunt regem non habere se. insuper et pelecto barraba latrone crucifixerunt me. Hoc audito attoniti celi et stupefacta tra. reuerendo indignamini. et indignando reueremini. quia profecto non parue indignitatis est. quod ego dns uir omia bona feci. et omia mala recepi. Tantum hoc est. ut uos celi iuste humili dolore debeatis cruciari. et tu tra pio debeas singultu tota cecuti. Dicat aliquis filia eimodi. Quid mirum si spuum. Non enim cognouimus. Venisti nimium occulte. qui uirta, pmissione patrum et prophetarum debueras in espectu mro incedere rex magnus. rex glos vs. Ad hec inquam. Cognouit bos possessorem suum et asinus psepe dmi sui. isrl autem non cognouit. et pls meus non intellexit. Bos animal mundum. asinus autem immundum. utrumque tamen animal brutum. Bos quoque iudeum simplicem. qualis erat PETRVS aut ANDREAS. utique piscator et non sciba aut legis pritus. asinum autem simplicem significat gentilem. qualis erat cornelius. Dicitis inquit quia ego uenio nimium occultus. Unde quod bos me possessorem suum. et asinus psepe meum cognouit. Vnde inqm. nisi quia pabulo ubi boni delectat est. quod apposui. quod opa mea bona circa se utique psensit.

At tu isrl. tu pls ms ierosolimitanus. qui circa templum residens. cum pharisei et pontificibus in lege glabaris. talia non amasti. ideirco non intellexisti. legem isrl me non cognouit. et pls ms non intellexit. idem cognoscere et intelligere noluit.

Respondete itaque celi. loquere terra et dic. Ve gemi peccatrici. plo graui iniquitate. semini nequam. filiis sceleratis. Ve inquam idem iudicium eternum. supplicium sempiternum. Et quare hoc. Dereliquerunt dnm. blasphemauerunt sem isrl. Et ante quam uenirent dereliquerunt dnm eligendo baal et ceta portenta demonum et ubi uenit blasphemauerunt. eundem sem isrl. dicendo demonum habes. fabri et non di filii eius. abalienati sunt retrorsum. Quomodo. Primum eis oportebat pponi regis sui iusi et edictum. ipsi autem odientes eum miserunt legationem post eum dicentes. Nolumus hunc regnare sup nos. Ita abalienati sunt retrorsum.

Ecce pdno expecta nt diabolum, psco isrl. expectant hominem peccatum pdtioi filium.

Vsque quo peritia uos ultra adiciemus pnaricationem. Omne caput .IIII. languidum. et omne cor merens. a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. de si dicat. Non peccastis pinfirmitatem non errastis pignorantiam. Si ita esset scirem unde uos peniterem deberem. inuenirem qua plaga uos castigare posset.